



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Vitrvvivs Itervm Et Frontinvs

Vitruvius

Florentiae, 1513

De coloribus qui arte fiunt. Cap. X.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12979

Eæ autē officinæ sunt inter ædem Flora & Quirini,
 Vitiatur minium admixta calce, Itaq; si quis uelit ex
 periri id sine uitio esse, sic erit faciundū, Ferreal lam
 na sumatur, in eam minium imponatur, ad ignem collo
 cetur donec lanna candescat, cum è candore color im
 mutatus fuerit eritq; ater, tollatur lanna ab igne, &
 si refrigeratum restitutur in pristinum colorem, sine
 uitio se esse probabit, Sin autem permanerit nigro
 colore significabit se esse vitiatum, Quæ succurrere
 potuerunt mihi de minio, dixi. Chrysocolla apporta
 tur à macedonia, foditur autem ex his locis qui sunt p
 ximi ærariis metallis, Miniu & indicum nominibus
 ipsis indicatur, quibus in locis procreatur.

De coloribus qui arte fiunt. Caput. X.


Hegrediar nunc ad ea quæ ex aliis gene
 ribus tractationum temperaturis commu
 nata recipiunt colorū proprietates, Et pr
 imum exponam de atramento, cuius usus in operibus
 magnas habet necessitates, ut sint notæ quemadmo
 dum præparentur certis rationibus artificiorum ad
 id temperaturæ. Nāq; ædificatur locus, uti Laconicum,
 & expolitur marmore subtiliter, & leuitatur, Ante id
 sit fornacula habens in Laconicum nares, & eius præ
 furnium magna diligentia comprimitur, ne flammæ
 extra dissipetur, In fornace resina collocatur. Hac aut
 ignis potestas urendo cogit emittere per nares intra
 Laconicum fuliginem, Quæ circa parietem & cameræ
 curvaturam adherescit, inde collecta partim componit

LIBER

tur ex gummi subacto ad usum atramenti librarii, re
liq̄ tectores glutinū admiscētes in parietibus utūt̄r.

a. Locus
ad formā
laconia

b. forna
cula



Si autem
hae copiae
nō fuerint
parate, ita
necessita-
tibus erit
admis-
tran-
dū, ne ex-
pectatio-
ne morae
res
retinean-
tur, Sar-
menta aut
tæda schi-
dia, cōbu-
rantur, cū
erunt car-

bones extinguantur, Deinde in mortario cum glutino
terantur, ita erit atramentum tectoribus nō inuen-
nustum, Nō minus si fex uini arefacta & cocta infor-
nacē fuerit, & ea contrita cum glutino in opere indu-
cetur, perquām atramēti suauem efficiet colorem, &
quo magis ex meliore uino parabitur, non modo atra-
mentū, sed etiam indici colorem dabit imitari.

De cerulei temperationibus. Cap. XI.

Cerulei temperationes Alexandriae primis
sunt inuētæ, postea item Vestorius putoe-
lis instituit faciundum. Ratio autem eius,